

non tímu- it, nec terrénæ digni-tá- tis gló-ri- am quæ-



sívit, sed ad cælésti- a regna fe-lí-ci- ter pervénit.

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine. ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

Deus, pro cujus Ecclésia gloriósus Póntifex Thomas gládiis impiórum occúbuit : præsta, quæsumus, ut omnes qui ejus implórant auxílium ✠ petitiónis suæ salutárem consequántur efféctum : Per.

AD II. VESPERAS.

Psalmi et Antiphonæ super Psalmos ut in ij. Vesperis Nativitatis Domini, pag. 101. et seqq.

Capitulum. Jac. 1.

Beatus vir, qui suffert tentatiónem ✠ quóniam, cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ : quam repromísit Deus diligéntibus se.

Hymnus Deus tuórum mílitum., ut in festo S. Stephani, pag. 376.; ℣. Glória et honóre.

Ad Magnif. Ant. vj. toni.



Iste est, qui pro lege De- i su-i



mor- ti se trádi- dit : non dubi-távit mo-ri : ab